Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Hec est noua queda[m]. singular[is] atq[ue] rara legenda. ex alijs sex lege[n]dis collecta et perfecta. tractans de origine. et vite. ordine. de conuersione. ac magistrali disputatione. ast de ...

Petrus <Frater>

Argentin[ae], 6.IV.1500

Incipit prologus fratris Petri super legendam gloriosissime et singularissim virginis Katherine atque martiris

urn:nbn:de:bsz:31-333645

Visual Library

Incipit prologus fris Petri

ſuper legēdaz glorioſiſſime et ſingulariſſime virginis Katherine atq̧ martiris.

Um ſe-
cundū ſ:nten-
tiā ſap iētis et
iuſti Job ni-
hil fiat in ter-
ra ſine cauſa:
⁊ ego ꝓponā cū dei adiuto-
rio nouā cōpilare btē ꝟgis
katherine legēdaz: ꝯueniēs
fore iudico: cauſas manife-
ſtare: que me ad hoc confi-
denter inducant. Et breui-
ter dicendo tres ſunt cauſe
me principaliter ad hoc in-
ducentes. Prima cauſa eſt
neceſſitas me mouens ad
cōplēdū defectū. Scđa cā
eſt deuotio ⁊ reuerētia meū
trahēs affectū erga talē vir
ginē. Tertia cā eſt caritas ⁊
amor: q̄ me cogit feſtinare
ad huiꝰ opis efficientiā. Ne
ceſſitas quippe me mouēs
ad ꝯplēdū defectū eſt: qr de
ipa btā katheria ī diuerſis
ꝑtib orbis nūq̧ reperi legē
das: que ſalua reuerētia eo
rum: qui illas fecerunt de-
fectuoſe in nōnullis exiſtūt
eo ꝙ de patris ipſius ſancte
virginis genealogia nichil
ponant: niſi tantum ꝙ rex
fuerit ipſe. ſed nō in quo re-
gno: neq̧ de cauſa et modo
conuerſionis eiuſdem vir-
ginis ad chriſtū. de quibus
penitus nihil ꝯtinēt. Meū
inſuper trahit affectum ad
hunc ſubeundum laborem
magna deuotio ⁊ reuerētia
quas habeo ⁊ habere tene-
or ad hanc beatiſſimā virgi
nē katherinā: ex innumera
bilib bñficijs tam ſpūalib
q̄ȝ corꝑalib q̄ tam ī paruis
q̄ȝ in magn:is crebro recepi:
et quotidie recipe a ſua be-
nignitate me fateor: plene
confido. Cogit me etiam fe
ſtinare ad huiꝰ opis effectū
amor et caritas quam ha-
beo vt teneor ad dilectiſſi-
mū fratrem meū: frēm Jo-
hannem: cuiꝰ caritati hoc
opus dedicatur ⁊ deſtinat.
Propoſui ergo preter illa q̄
in predictis inueni legēdis
genealogiā quoq̧ regis Co
ſti patris ſcilicet ſui: publi-
ce reſerare: necnon et vnde

fuerit mater eius vt nobili
tas ſcõm carnem huiꝰ ſan-
te virginis appareat. Deni
qꝫ ⁊ qđ fuerit regnum eius
et cũ hoc modum et cauſaꝫ
ſue conuerſionis: qualiter
fuit ad chriſtum conuerſa.
Ad que verius manifeſtan
da tenere volui conſilium
magiſtri ſummi ſcꝫ domini
noſtri Jeſu chriſti in euan-
gelio dicentis. Petite et ac
cipietis. querite et inuenie-
tis: Petiui enim et queſiui
et idcirco inueni que quere
bam. Sed quid querebaꝫ?
Quod quidem ſemel pre-
dicari audiueram a quodã
fratre minore. Qui magnꝰ
reputabat hyſtoriographꝰ:
videlicet ꝙ rex Coſtus pa-
ter beate katherine fuit fra
ter germanus magni Con
ſtantini imperatoris. Sed
vt iunior tunc poſt predica
tionem eius non curaui pe
tere nec ſcribere vt poſſem
melius memorie cõmenda
re. Quando autem perueni
ad perfectiorem etatem an-
helabam memorari quod
olim audiueraꝫ. ſed hoc ad
plenum non poteram ꝓpter
magnum temporis ſpaciuꝫ
quod quidẽ interim deflu-
xerat. Ad fratrem quoqꝫ p̄-
dictum accedere non vale-
bam. nec ſibi faciliter ſcribe
re poteram. quia vt moris
eſt ipſius perfectiſſimi ordi
nis: mutare fratres ſepe de
loco ad locum ne ſpem ſuã
in rebus caducis et tranſi-
torijs ponãt. Frater ille nõ
ſolum ad alium locũ ꝓpin-
quum vel cuſtodiam aliaꝫ:
verũetiam ad aliam remea
uerat longius prouinciam
Quapropter anxius quoqꝫ ⁊
tabeſcens a magnis hiſto-
riographis ⁊ famoſis viris
ſepius petebam: ⁊ lõgo tem
pore ſollicite per antiquas
eccleſias circuiui: ſcrutans
libros, legendas, hiſtorias
antiquas. ⁊ cronicas: ſi poſ
ſem inuenire quot ſcilicꝫ fi
lios habuerit primus Con
ſtãtinus. pr̄ videlicet Con
ſtantini magni. Et ſi prefa-
tus Coſtus fuerit inter il-
los vnus. Et non inueniẽs
clare quod querebã: gemẽs
in mente rogabam dominũ
deum noſtrum ſepe et bea-
tam Katherinam vt ſua ſo
litate pietate mei miſerta
iuſtum adimpleret deſide-

Prologus

rium meū .quod ſui gratia
plene eſſet ſuſceptum. Q̄m
autem perſeueranter petiui
et ſollicite queſiui : hoc qđ
querebam inueni. Nam au
diens nominari religioſuꝫ
quendam ordinis ſcꝫ mo-
nachoꝝ virum vtiqꝫ famo
ſum in ſcientia. et maxime
in hyſtorijs. qui tūc erat ge
neralis vicarius domini po
puloniensis et maſſarij epi
ſcopi. acceſſi ad eum et ra-
ciocinando cū eodem de p̄-
dicta materia. humiliter ro
gaui quatenus ſi aliquid đ
hoc haberet mihi oſtendere
dignaretur. Qui benigne
annuens votis meis: nō ſo
lum quod querebam orete-
nus mihi dixit. ſed etiaꝫ in
ſcriptis clare oſtēdit. ⁊ ma-
nu ꝓpria illud tranſſcriptuꝫ
dedit: ſicut ipſe vt ſtudioſus
ac ſollicitus de antiq̄s ac-
ceperat hyſtorialibꝰ libris.
Videlicet q̄uo Coſtus pa-
ter beate Katherine virgis
filius fuerit Conſtantini :
patris ſcꝫ Conſtantini ma
gni. prout clarius in legēda
patebit inferius. In qua le
genda manifeſtius inſuper
apparebit: q̄uo et quare hec

beata virgo Katherina fue
rit tam perfecte ad chriſtuꝫ
cōuerſa cum prius eſſet pa-
gana. ſicut ego clare accepi
de quodam libro antiquo
qui eſt in ſacriſtia ſacri loci
ſanctiſſimi confeſſoris bea-
ti Franciſci patris noſtri đ
aſſiſio. In ſequenti etiaꝫ le-
genda continentur actus ⁊
vita ipſius p̄cioſiſſime vir-
ginis katherine necnō cau-
ſa et modus ſui martirij. et
alia multa que magis pro-
babilia videntur. velud in
prefatis reperi legendis ; et
in nōnullis alijs libris an-
tiquis. Que autē de Dyo
cleciano et Maximiano di
centur nulli ſuperflua ſed
neceſſaria videantur. Quia
ſi nō diceretur modus q̄uo
ad imperium peruenerunt:
non perfecte ſciretur cauſa
quare tā atrociter chriſtia-
nos perſequebāt. Propter
quam perſecutionem vt pa
tebit mltarū permiſit deus
fieri rebellionem prouincia
rum. Ob cuius rebelliōis
cauſam miſſus eſt Conſtā
tinus in greciam. vbi Co-
ſtum genuit huius ſctē Ka
therine patreꝫ. Et ſic etiam

multa alia de q̄busdā ponē tur principibꝫ ad maiorem claritatē ordinis huiꝰ mate rie:q̄ intuenti ⁊ limpide in= telligēti minime ſuperflua videbūť. Et licet inſufficiē tem me ſentiā ad ſufficiētez laudem exprimendam tam magne et glorioſe regine:q̄ nūc tam glorioſe regnat in celis.nihilominꝰ ꝯfiſus de adiutorio eiꝰ vt poſſim ad ꝑfectū deducere finem:pre= ſumpſi hoc arduū incipere opus. A qua regina glorio= ſiſſima ſcꝫ katherina:cuius reuerētia et deuotio ad iſta me principaliter mouent:⁊ a caritate fraterna inſuper ad hoc me inducēte.ex nūc ⁊ ex tūc veniam poſtulo:ſi me dicere aliqua minꝰ ſana cōtingat:cū tamen hoc po= tius ex defectu ſciētie q̄ꝫ ex mala volūtate vel arrogan tia poſſit ꝯtingere. Quare me rogo pacifice corrigi et nō turpiter iudicari:ſic̄ nec ego alios ī ſilˡ.bꝫ huiꝰ mate= rie ſcriptores turpiter iudi caui:ſꝫ potius id qđ ipi nō poſuerūt cū magno labore vt ꝑdixi ſuppleui. Hec aūt oīa tam ꝑtinentia ad iniciū huiꝰ materie atq̄ꝫ ꝓgreſſum vite ipſiꝰ katherine ſancte: q̄ꝫ etiā ad martirium ⁊ ꝯſu mationē ſui corꝑis:⁊ ad ſe pulturā eiꝰ.xxiiij. diſtincta capitulis deſcribuntur infe rius annotatis.

Explicit prologus.

Incipiunt ca= pitula legende ſingularis ⁊ electe ipſius beate katheri= ne virginis et martiris.

Agitur ergo ī primo caplˡo De Dyocleciano ⁊ Maxi= miano.q̇ ſcꝫ ipſi fuerint:et qūo Dyocleciānꝰ miſit in greciā Conſtantinū auum beate katherine:⁊ cum hoc ſcꝫ quare. Folio primo

Scđo agiť de nobilitate ꝓ geniei huiꝰ ſctē virginis ex parte ſui patris. Incipiēdo ab auo ſuo Cōſtantino vi= delicet primo. Fo.iij.

Tertio agiť de Cōſtantini ſubſtitutōe impiali:⁊ de eiꝰ vxore tertia:ac eiꝰ fine.⁊ de ſubſtitutōe cōſtantiui:⁊ de filijs eiꝰ.quot ſcꝫ ⁊ q̇ fuerūt ⁊ đ fine dyocleciani ⁊ maxi miani:necnō đ ſucceſſoribꝫ eorundem. Fo.v.